

OK 178

SPECIMEN
IVRIS METALLICI SAXONICI
DE
**PARTIBVS METALLICIS
CIRCA LIGNA**

v on

H o l z = R u g e n ,

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
P R A E S I D E
**CHRISTIANO GOTTLLOB
EINERTO**

IVRISSCIENTIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE

D. XXIX. JANVARII MDCCCLXXVIII

AD DISCEPTANDVM PROPOSVIT

ERNESTVS FRIDER. GVILIEL. SIMON
FRIBERG. MISNIC.

L I P S I A E
LITERIS WALTHERIANIS.



ПАРТІЯ МАТЕМЕТИКІВ
СІРГІЛЕНД
ІІІ. ЧАСТЬ ІІІІ.
ЧИСЛОВІ СУЩІВНІ
ЧИСЛОВІ СУЩІВНІ
ГОДІВЛЮВАНИЯ
ОГЛАШЕНІЯ

ІІІ. ЧАСТЬ ІІІІ. ЧИСЛОВІ СУЩІВНІ



V I R O
ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOCTISSIMO DOMINO
DOMINO
IOHANNI CHRISTIANO
SCHMIDIO

SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE
A CONSILIIS COMMISSIONVM METALLICA-
RVM, QVAESTORI PVBLICO REDITVVM EX FO-
DINIS SANGERHVSIAE ET POTTENDORFF, AT-
QVE SVMMO PRAEFECTO MONTIVM IN CIR-
CVLO THVRINGIAE ET ISLEBIAE etc.

PERQVAM SPECTATISSIMO

PATRONO OPTIMO MAXIMO

H A S

STVDIORVM ACADEMICORVM
PRIMITIAS

SACRAS ESSE IVBET

ERNESTVS FRIDERICVS GUILIELMVS SIMON
FRIBERG.

VIR
ILLVSTRIS ATQUE EXCELLENTISSIME
PATRONE PIE COLENDE!

 Temeritatis suspicionem euadere vix sustinuerem ego, qui exiguum atque leve diligentiae academicae specimen **TIBI** tradere audeo, nisi spem faceret insignis illa benevolentia erga literarum cultores **TIBI** plane propria, fore, ut non moleste feras, si hanc qualemcumque opellam meam **NOMINE TVO ILLVSTRI** coronarem. Augetur vero haec ipsa spes mea, cum quod ob integrimam, quae mihi contigit ab aliquot annis cum filio tanto patre digno, amicitiam et familiaritatem, veniam huius conatus mei me impetraturum esse

esse putau, tum quod ipsum disputationis argumentum ex iure metallico, in quo **TV, VIR IL-LVSTRIS!** quasi regnas, petitum **TIBI** haud displicere posse, mihi persuasi. Ut igitur hanc spem meam non fallere, sed hoc qualemque pietatis meae documentum beneuole accipere, et quicquid in hoc libello falsum aut minus recte dictum deprehendas, inueni li imbecillitati tribuere, mihique ignoscere velis, rogo atque obsecro. Ceterum nihil ardenter a Deo precabor, quam ut **TE, cum vniuersa SCHMIDIA gente, ob merita in primis in rem metallicam clarissima, et in posterum saluum et in columem seruare velit, qui diutissime virtutum TVARVM admirator, felicitatis autem TVAE testis esse cupio.** Vale.

Scripsi Lipsiac d. xxvii. Ian. ccccclxxviii.



§. I.

Curis metallici studium, si modo in hac singulari iuris prudentiae parte a difficultatibus nonnullis discesseris, quippe quae illam nonnunquam premere solent, in acquirenda cognitione non minus a suavitate quam in applicatione ab insigni vtilitate commendandum esse videtur. Quarenti autem, quo tandem modo fiat, ut tam pauci reperiantur, qui illud studium amoenitatis atque vtilitatis plenissimum sectentur? Respondemus, haud dubie easdem difficultates esse, quae plerosque ab huius scientiae cognitione arcent. Saepissime enim rerum metallicarum vox seu usus loquendi metallicis in qualibet prouincia proprius re ipsa multo difficilior inuenitur. Deinde plerumque rerum quarundam cognitione opus est, quae in re metallica cognoscenda magnum adferunt adiumentum, sed proprio studio et diligentia comparanda. Denique, quod maxime dolendum est, fontes, quos ponimus in legibus de rebus metallicis latis et constitutionibus eadem de re propositis, ita sunt obstructi, ut plerisque hauriendi ex iis facultas denegata sit, siquidem pleraequae leges et constitutiones in Archiuorum latebris reconditae iacent. In his itaque difficultatibus tollendis elaborandum ei esse puto, qui perfectum quid hac de materia scribere sibi proposuit.

Cum

◆◆◆◆◆

Cum igitur mihi, absolutis studiis academicis, specimen quoddam Iuris esset exhibendum, mecum constitui, caput quoddam Iuris metallici tractare, non quidem eo consilio, ut perfectum quid a me proferri putarem (quae arrogantia procul absit a iuuenili aetate!) sed potius ut, quid humeri ferre possent, rem tentando intelligerem. Tractabo itaque caput Iuris metallici, quod agit de partibus metallicis circa ligna (*Holz-Kuxen*), atque de natura et indole primum, deinde de fatis poenisque earum ratione constitutis secundum principia patrii Iuris, quantum pro virium mearum imbecillitate fieri poterit, breuiter et sine verborum ambagibus exponam.

§. 2.

Quis enim est, qui nesciat, in fodinis metallicis rite exstruendis lignorum usum maxime esse necessarium? Vnde et ipsa natura rei metallicae culturam, eiusque fossores ad montes ac valles ablegare videtur, quae quippe terrarum loca ad agriculturam faciendam minus aptae sint. Quo etiam illud sapientissimi Creatoris beneficium est referendum, quod iisdem in locis sint silvae saepius densissimae et amplissimae. Quanquam vero fossorum cohors metallorum diuitias in intimis terrae visceribus imprimis quaerit, cuius rei facultatem ex legibus per implorationem et inuestituram metallicam (*Muthung und Verleihungen*) acquirit, eadem tamen leges his metalla perquirentibus, quod attinet fundi superficiem, in qua fodina instituta est, etiam singularem, quamuis limitatam, vim atque potestatem ligna ibi nata caedendi indulgent. Qua de re vid. Ius montanorum Fribergense antiquum Sect. I. §. 43.^{a)} dicit:

Waz

a) Conf. Doctiss. I. F. Klozsch im Ursprung der Bergwerke von Sachsen, Chemnitz 1764. p. 254.

Was Holzes uff der Zcheche stet, daz yn das erbe adir czu dem
gemesyn Berge höret, das mogen dy Gewerckyn myt Rechte wohl
houwen, sy wolden den yz lazzen von wyllen durch Beschey-
denheyt.

Enim vero quoniam et dominus vel possessor, in cuius fundo venae aeris repertae sunt, plerumque aegre patitur, et inuitus concedit ut metallicus in possessionibus suis cumulos erigat, nec his contentus ligna quoque e syluis suis caedere velit: et propterea etiam quod in his fodinae finibus circumscriptis, lignorum copia mox disicere potest: statim ab initio rei metallicae Principes, ut ligna in rei metallicae usum necessaria metallicis aliunde ex opportunitatis locis adferrentur, vel ex ipsis eorum syluis sine onere impensarum, seu pretio admodum tenui, secundum normam, quam dicunt Taxam metallicam assignarentur constituerunt. Pro hac itaque gratuita lignorum ad aedificationem sub terra instituendam largitione, Princeps summa cum aequitate ius quoddam circa fodinam ideo sibi stipulari, nec id iis, qui partes metallicas tenent, molestum sed, per quam iucundum esse poterat, hoc modo principi gratum animum testari, ut exiguum fructuum partem ex fodina percipiendam sinerent. Ex his praemissis facile nunc erit definitionem talium partium metallicarum formare atque tradere, quae ita se habent:

Partes metallicae circa ligna, (*Holz-Kuze*) in ea fodinae participatione cernuntur, quae Principi pro gratuita lignorum ad extriuendas fodinas largitione in quibusdam metalliferis locis sine omni collata pecunia (*Zubuse*) constituitur, ex qua ei deinde si opulentior fodina facta fuerit, eadem cum reliquis cultoribus, ex lege proportionis fructus fodinarum exhibentur.

§. 3.

Quod vero princeps in rei metallicae adiumentum e
syluis suis ligna, caedere gratis permiserit β), id fodinarum
sociis, literis publicis concessionis ergo promulgatis (*Berg-
freyheits-Patente*) α); singularibus priuilegiis metallicis
(*Berg Begnadigungs Briefe*) β), communibus Constitutio-
nibus metallicis (*Bergordungen*) γ), Edictis metallicis δ),
pactis singularibus ϵ), et consuetudine ζ) aequae ac ius va-
lente ratum atque confirmatum legimus.

Qua propter simulac petitio eiusque concessio solen-
nis facta et fodinae sociorum nomina vna cum partibus suis
iussu praefecturarum metallicarum rationibus publicis anti-
graphi (*Gegenbuch*) inserta fuerint, tunc etiam Princeps par-
tes suas metallicas circa ligna, in caeterarum partium nume-
ro quas liberas (*Frey-Kuxe*) vocant, quae scilicet vrbi me-
tallicae, aedibus sacris, xenodochiis, fundi possessori, fos-
sorum societati (*Bergknappschaft*), pro diuersitate priuile-
giorum

- β) Quamvis vero mihi iam hac de re, patrias tantum leges pertractandas sumserim, tamen ut sententiae meae illustrationem ac quasi confirmationem afferam, in alienas leges metallicas excurram.
- α) Friderici Wuirbergiae Ducis *Bergfreyheits Patente* Stuttgart d. 1. Iun. 1597. §. 15. p. 6. eius Politiae metallicae de anno 1589. praemissae sunt.
- β) Ferdinandi Regis Romanorum *Begnadigungsbrief des lobl. Berckwerchs der köuigl. Stadt Wudweis* Prag d. 20. Ian. 1547. concessum.
- γ) Christiani et Joachimi Ernesti Marchionum Brandenburgicorum *Bergordnung* de anno 1619. art. XXIII. p. 17.
- δ) Ludouici Hassiae Landgrafs *Berg Edict*, Darmstaedt d. 9. Octbr. 1663. §. 7. apud Krebstium de ligno et lapide P. II. Cl. 3. Sect. 3. p. 34.
- ϵ) Maximiliani Imperatoris *neue BergwerksVergleichung in Königreich Böhmen, mit den Stenden der Cron Böhmen getroffen und aufgericht* Prag d. 18. Septbr. 1575. §. 11. 12. p. 14. Hic imprimis Illustr. Peithnerus a met-
tallis Consiliarius in ea tractatione Nouellarum Vinentium, quas Reales
vocant, quam Ferberus collectionibus suis ad Bohemiae Historiam Mine-
ralium pertinentibus pag. CXLIX. inseruit, conferri meretur.
- ζ) Friderici Augusti Poloniarum Regis ac Saxonie Electoris *Befehl* Dres-
dae d. 25. Sept. 1732. apud I. G. Stoer de priuilegio metallicorum, Ex-
furt 1741. §. 16. lit. b. pag. 45.

giorum in quaque praefecturae metallicae iurisdictione (*Berg Amts Refier*) adscribuntur, hereditarie ac proprie accipit. Quarum partium circa ligna numerus in qualibet fodina in prouinciis Saxoniciis, quod infra demonstrabimus semper unus idemque est, et duabus partibus metallicis absolvitur. Vnde Priuilegium der Gemeinde und Knappschafft in Ober Wiesenthal, Dresdae d. 29. Ianuarii 1612. §. 6. inter alia haec quoque habet:

Auf allen und jeden Zechen sollen der Kirchen und Gemeinde, zwene Kuxe, auch so viel Holz-Kuxe frey gegeben, zugeschrieben und verbauet, dagegen aber soll den Gewercken frey Schacht-Holz gefolget werden.

Idem confirmatur mandato ad urbeim Marienberg lato, quod inscribitur: *Holz Instruction d. 22. Iunii 1676. §. II. Verba enim ibi leguntur sequentia:*

Wegen der Bergbölzer verbleibt es bey der Lautersteinischen alten Holzordnung, dergestalt, daß bey den Bergwerken zwey Holz-Kux Ihr Churfürstl. Durchl. vor das Holz frey verbauet werden.

Hae tamen partes metallicae circa ligna liberae, in numero CXXVIII. partium (Kuxe) quas quaelibet cultura fodinae continet, semper ponuntur, ita ut si accuratius rem tradere velimus, Sexagesimam quartam fodinae partem (1728 Kux) constituunt.

§. 4.

In qualibet fodina nullo discrimine habitu, siue effodiatur minera auri, argenti, cupri, plumbi, siue stanni, ferrri, cobalti, siue aliae, partes tamen circa ligna metallicae, semel introductae, ab onere impeniarum immunes ex legibus Iuris metallici aestimantur. Cuius rei causa ab unoquaque facile perspici potest. Quaecunque enim fodinae exstruendae atque aedificandae sunt, iis lignum maxime est vtile et necessarium, tum ad interiorum fodinarum exstructionem ne corruant, et misellos in iis homines incluant, ut misere perire cogantur, tum vero etiam ad aedificia, quae fodin-



fodinis superstruuntur. Quae quum vtilitas lignorum in re metallica tanta sit: non potest non gratissimus esse partium metallicarum societati liber ille et gratuitus lignorum vsus. Enimuero non tantum argumento e natura rei petitio confici res potest, sed Principes sapientissimi edictis eandem confirmarunt. Sic enim vniuersalem hanc partium circa ligna culturam in omnibus fodinis admissam esse apparet ex mandato Georgii I. Electoris d. 14. Noubr. 1620. vbi ob ligna in usum metallorum convertenda et de eorum partibus c), verba clara et expressa leguntur, siquidem non solum cultores fodinarum stannorum, sed etiam argentearum, et cypriarum verbis disertis memorantur. Tantum igitur abest, ut affirmemus, fodinas aere destitutas hac in re prae iis, quae redditibus abundant (*Ausbeutgruben*) aliquid praecipui habere, cum ipsae leges metallicae vniuersales sint atque in genere praecipient, et in primis fodinae, quae redditus praebent, etiam principi ad grati animi testificationem fructus exhibeant. Quia de re si quis certumquid cognoscere velit, eum amandamus ad Priuilegium Ober Wiesenthalense d. 29. Ian. 1612 supra §. 3. laudatum, vbi statim ab initio sine omni verborum ambiguitate leguntur haec:

Auf allen und jeden Zechen sollen der etc.

Egregie ergo fallitur Christian Melzer d), qui partes metallicas circa ligna fodinis tantum egentibus attribuit, copio-fiores vero iis priuat.

§. 5.

Cum porro cuniculi subterranei (*Stoelln*) quatenus nullam venam clientelari iuri possident, ex legibus nullas partes, quas liberas (*Frey Kuxe*) dicunt, in primis hereditarias (*Erb Kuxe*) seruare debeant: Alia et noua quaestio oritur, num etiam hic partes circa ligna metallicae locum habeant, et

c) In Codic. August. P. II. p. 270.

d) Christ. Melzeri diff. de Hermundarorum metallurgia argentaria, Lipsiae 1690, Spec. I. C. I. §. 4, pag. 20.

et a cuniculi socio (*Stoellner*) exigi possint? Iam paullo accuratius rem tractabimus et videbimus quid ad hanc quaestione sit respondendum. Primum quidem, si naturam et qualitatem earum species, simulque consideres, plerumque in cuniculo conficiendo (*Stolln-Bau*) ligna fodinis destinata requiri, deinde et ipsum adeo cuniculum cum a venis clientelariis, tum a suis redditibus, id quod *Stollhieb* vocant fructus edere, et eo ipso, partes circa ligna principi et cultoribus eandem utilitatem praefstare posse, cogites; nullum sane relinquitur dubium, in cuniculis permissionem liberamque culturam partium circa ligna statuendam esse. Id quod, per Constitutionem Electoralem Saxoniam circa cuniculos (*Stoll-Ordnung*) Dresdae d. 12. Iunii 1749. Art. I. §. 3. et Art. XIV. §. 6. e), plane confectum est, et quanquam in ea fossor cuniculi (*Leburräger*), qua talis, sola eius curatione spectata, a parte hereditaria proprietario permittenda exemptus esse videtur, simul tamen bene et sapienter praecipitur:

Hierbei aber werden die im Obergebürge an einigen Orten übliche Frey- und Holz-Kurse billig reserviret.

§. 6.

Nunc vero loca metallifera in Saxonia in primis nominanda sunt, in quibus partes circa ligna receptae sunt. Scilicet ad hoc usque tempus in tribus tantum circulis praefecturarum metallicarum visitatae sunt, et consuetudine continua obseruantur. Atque hic primo loco ponenda est praefectura *Marienbergica* f) ad stipulante contractu emtionis haereditario praefecturae Lautersteinii, inter Serenissimum Augustum Electorem et Generosissimum de Berbisdorff inito, d. Dresdae die Michaelis 1559. vbi expresse ita dicitur:

B 3

Zu

e) Adeas Codic. August. Continuat. Sect. I. pag. 1393.

f) Bausse in Institut. Iur. metallic. Germ. P. II. §. 13. p. 11. quique enim sequuntur, errant in eo, quod affirmant, in sola Marienbergae praefectura metallica partes metallicas circa ligna esse visitatas.

Zu Nuz und Förderung Sr. Churfürstl. Durchl. Bergwerke und Berg-Städte verkaufen wir die Lautersteinischen Güther etc. Wälder, Gebölze, den Zehenden des Eisensteins, und andern Berggerechtigkeiten auch die Holz-Kuxe.

Clarius adhuc in Augusti Electoris Ordinatione circa ligna Dresdae d. 8. Sept. 1560. rubric: *Zeug Holz g)* disponitur:

Auf unsers Bergmeisters zu Marienberg Zeddel, soll zu dem Berg-Gebäuden Freyholz aus den Lautersteinischen Gebölden gegeben werden, dagegen die Getwerken, Uns, wie herbracht, die Holz-Kuxe zu verbauen haben.

Alterum locum occupat praefectura metallica Scheibenberga, quae olim in ditione Comitum Schoenburgicorum erat, qua propter Georgii Ducis Saxoniae pactum circa rem metallicam, ius et politiam cum Wolfio et Ernesto, Generosissimis de Schoenburg Die Ioui post Diuisionem Apostolorum 1529. conferendum est. Hanc excipit tertia, combinata scilicet cum antecedente praefectura Ober Wiesenthalensi, secundum priuilegium supra §. 3. d. 29. Ian. 1612. commemoratum.

His tribus locis exceptis partes metallicae circa ligna nupiam in fodiinis metallicis Saxoniae receptae sunt, nec facile suaderi et sperari earum constitutio in caeteris locis metalliferis potest, cum syluae Principum haud saepe a fodinarum aedificiis adeo sint remotae, vt ligna in iis caesa, commode i. e. fine magnis impensis aduehi non possint. Quod tamen, si harum partium naturam specetes, cum aliquantum necessarium videatur, hanc difficultatem etiam senserunt iudices rei metallicae peritissimi Electoris nostri, et propter ea in Rescripto ad Illustr. rei metallicae praefecturam Friburgensem d. 10. April 1771. ita responderunt:

Uns ist vorgetragen worden, was ihr auf die bey beschrever Vorschaltung, wegen einzuführender frey Verbauung der sogenannten Holz-Kuxe, in denen Obergebürgischen Berg-Ants-Refieren, Annaberg, Johann

g) In Cod. Aug. P. II. p. 487. vbi tamen, quod dolendum CLXXIV. folia ab Editore omissa sunt.

Johann-Georgenstadt, Geyer, und Ehrenfriedersdorff, gehorsamst angezeigt und zu unserer Entschließung gestellt. Nun würden zwar die Gewerken in ermehrten Refieren, sich dieser Obliegenheit um so weniger entziehen können, da sie gleich den übrigen Gewerken, von welchen gedachte Kuxe wahrlich frey verbaut werden, die nöthigen Schacht- und Grubenholzer ohnentgeldlich zu geniessen haben. Nachdem wir es aber aus bewegenden Ursachen, bey der bisherigen Verfassung zur Zeit, und bis auf weitere Verordnung bewenden lassen; Als ist hiermit Unser Begehr, ihr wollet euch darnach gehorsamst achten, auch den C. F. dessen bescheiden.

Haec, quae hucusque a nobis disputata sunt etiam de reliquis Saxoniae praefecturis metallicis, Schneebergae, Schwarzenbergae, Eubentock, Voigtsbergae, Altenbergae, Glass-Hütte, Gießhübel, et Fribergae valent. His itaque in locis, atque adeo Fribergae, cui lignorum concessione frui licitum est, ligna ad rem metallicam necessaria certo quodam pretio, quod Metallici vocant Berg Tax ante annum 1704. emuntur b).

§. 7.

b) Forsan haud ingratum foret lectoribus, Taxam metallicam lignorum solidarum Fribergensium in conspectum proferri, inde eam pro syluarum diversitate proponendam duxi:

Holz-Taxa

vor anno 1704.

Gattung der Freyberger Berg-Hölzer		In Thorander Walde,	In Zellai-schen Walde,	In Frey-Walde.
	wird bezahlt für	thlr. gr. pf.	thlr. gr. pf.	thlr. gr. pf.
Ein Wollbaum,		— 13 3	2 21 4	— — —
Ein Balkenholz,		— 6 9	— 8 —	— 19 6
Eine Balkeneiche,		— 8 11	1 8 —	— — —
Eine Balkenbuche,		— 8 11	1 8 —	— — —
Ein Bretzbaum,		— 13 8	— 16 —	— — —
Ein Strohsparn,		— 2 5	— 8 1½	— 4 4
Ein Ziegelsparn,		— 3 6	— 10 —	— 6 6
Ein Nöhrholz.		— 2 5	— 5 4	— 2 2



§. 7.

Ob hanc partium circa ligna constitutionem, cultoribus quidem, quod haec tenus explicauimus, ad fodinas et Stollones efformandas et subterranea aedificia necessaria ligna gratis exhibentur, quae, ut omnibus caueretur argutiis, fodinarum ligna in Electorali Ordinatione circa ligna de anno 1566. ita sunt definita:

Schachtbolz, Gerinnholz, Pochstempel, Wellenholz, Steegholz und Fahrtſchenkel.

Quicunque demum terras montanas oculis tantum lustraverit, ei statim in mentem veniet, longe plura esse, vbi lignorum usus maxime necessarius sit? Scilicet praeter ista etiam alia ligna zu Zechenhæufern, Pochwerken, Kunſtgezeugen, Fludern, Webren, requiruntur, nec non ad aedificia fundo imposta (*Tagegebæuden*), Koblen, auch Roest-Treibe-Brenn- und Sezholz bey Berg und Hüttenwesen, quae tamen nulla partium circa ligna ratione habita exhibentur, ne in locis quidem maxime syluestribus, sed ex pretio in Taxa metallica definito, cultoribus praebentur. Solae putuales casae (*Kauen*) olim excipiebantur, quae quidem aedicalis in fundo impositis annumerandæ sunt. Quum vero puteis (*Schächte*) quasi testi loco sint, nec sine magno detimento abesse possint atque adeo cum utilitate fodinae stricte coniunctæ sint, (metallicos enim in opere suo faciendo a tempestatis iniuria defendunt) sapientissime sanxit Ioannes Georgius II. Elector in Rescripto de rebus ad ligna et sylvas pertinentibus, d. 6. Sept. 1675. ad 5) atque de libera lignorum metallis inferuientium permissione haec præcepit:

Dass nur blos allein bey alten Berggebäuden, in gemein, dasjenige Holz, so man in der Grube (worunter die Zeuge in Gruben nicht zu verfehren) und zum Kauen unvermeidlich benötiget, jedoch zu einer Kave nicht über zehn bis funfzehn Stämme, freygesolget werden sollen i).

§. 8.

i) In Codic. August. P. II. pag. 574.

§. 8.

Paucis nunc quanam ratione metallifodinis ligna, quae ipsis sunt necessaria, quaeque iis pro partibus circa ligna metallicis ex syluis Principum gratis concessa sunt, assignentur atque exhibeantur, demonstrabimus. Quod facimus, dum saluberrima Saxoniarum constitutionum praecpta proferemus. Cuilibet fodinae praefecto iniunctum est, ut indicem lignorum quae ad fodinam fidei suae commissam prospere conseruandam necessaria sint, confectum ad praefecturam metallicam deferat. Quod si factum est, iudicia metallica, praeuia diligent consideratione, generalem omnium lignorum necessiorum tabulam in omnibus fodinis totius circuli metallici, sub fide publica ac sigillo exhibent. Quo facto ab summa rei metallicae praefectura res vel ad Cameram Electoralem metallicam defertur, vel signatione specificationibus generalibus publica auctoritas tribuitur, et deinde per summum rei saltuariae praefectum et sylvarum praepositum lignorum fodinis tribuendorum concessio et assignatio peragitur. Haec generalis praefecturae metallicae specificatio in tabulis rationum forestalium documenti loco de lignis libere permisssis, valet. Quod clarum est ex Resolutione de rebus ad ligna et saltus pertinentibus, Dresd. d. 6. Sept. 1675. k), vbi haec verba leguntur:

Ueber diese freye Berg- und Schacht - Hölzer nun soll jedesmal das Bergamt zu welcher Zeche etwas bedürftig, einen richtigen Zeddel (ohne welchen keine Anweisung zu thun) den Gewerken ertheilen, und solcher Zeddel in der Forst - Rechnung zur Belege des freyen Schacht - Holzes gebraucht werden,

Si vero intra tempus lignis caedendis rite praescriptum, fracturae repentinae ⁱ⁾ in fodinis, aliisque singulares casus adversi

k) In Codic. August. P. II. p. 574.

i) Obiter notam reprehensionis incurrere meretur Lüningius, Codicis Augustei Editor, cum P. II. in indice, sub voce die Brücke in fodinis, eas perpetram de fracturis a vento sylvae illatis intelligi opinetur; cum tamen fodinarum fracturae sint intelligendae.

versi acciderint, ita ut periculum in mora sit, adeoque fodini ad eiusmodi casus aduerlos vel reprimendos vel removendos maiore lignorum copia opus sit, quam antea in indiculis praefecturae metallica exhibitis recensetur, tunc etiam a rei saltuariae praefectis plura assignanda sunt ligna. Quod cum factum est, tum in inspectione saltuaria proxime futura assignatio praefecturae metallica lignaria saltuario tradenda est, vt in tabulas forestales referri possit, id quod ex Mand. d. 14. Decbr. 1620. colligi potest.

Quaecunque vero ligna fodinis conceduntur, ea ex summi Electoris Augusti circa ligna ordinatione, de anno 1560. rubr. Bergbolz, in assignationibus saltuariis, per ministros saltuarios singulari quodam signo sunt notanda. Id quod etiam apparet ex Ehrenfriedersdorffer Wald-Recess Wolckenstein d. 8. Iul. 1665. §. 8. vbi nempe narratur: in Curia Ehrenfriedersdorffensi ferreum signum, quo ligna metallis destinata in saltu, cui libertatis nomen impositum est, notanda sint, obsignatum asseruatur. Ne vero ratio ne fodinarum singularum errores committerentur, cautum est speciatim constitutione summae rei metallicae praefecturae Freibergae d. 14. Iunii 1728.

Haben wenigstens die Hauptzeichen, ihr besonderes Holz-Zeichen zu halten, und damit bey ihr Anweisung die Stämme nicht nur obeu, sondern auch neben, oder unter den Wald- und Forß-zeichen zu bezeichnen, auf dass bey etwa nöthiger Revision wie viel eigentlich Stämme zum Bergbau von den saemtlich gefaelleten Holz geschlagen worden, desto gewisser nachgesehen werden kann.

Cuius saluberrimi praecepti obseruatio hucusque rite obser vatur.

§. 9.

Tempus, quo assignatio lignorum ad fodinas pertinentium, intuitu partium metallicarum circa ligna fieri debet, a necessaria eorum indigentia pendet. Constat quidem ab initio sic institutum fuisse, vt ista ligna per trimestria singu-

singula anni assignarentur. Hoc enim modo nonsolum nulla adeo magna in fodinis lignorum copia ex cura prouida quasi asseruanda erat, sed etiam rationes, cum lignorum tum partium metallicarum circa ea per omnia trimestria anni spatio conferri accurate poterant. Deinde vero, ne nimis incommoda atque molesta esset illa assignatio, bis tantum per annum instituta est, et semestribus singulis etiam nunc assignationes peraguntur, quarum termini, qui interdum in aestatem incident, ex clementissimo Rescripto d. 27. Iulii 1729. pariter ac d. 29. Maii 1755. m) ad sumnum in vernali assignatione circa festum Paschale, et autumnali circa diem Martini constituti sunt. Propterea etiam, ne res metallica detrimenti quid caperet, sed ut omnia recte atque ex ordine agerentur, aliud Rescriptum clementissimum d. 8. April 1767.

§. I. Officialibus rei saltuariae superioris haec iniunxit:

Für euers Orts wollet in Zukunft von der zu Abhaltung iedesmaliger Försterey bestimmten Zeit denen Bergämtern, damit sie sich wegen Fertigung derer über das benötigte Holz - Quantum einzureichenden Specificationen darnach zu richten haben mögen, allemal zeitig und wenigstens 4. Wochen ante Terminum behörige Nachricht ertheilen,

Atque hic imprimis experientia ex firmitate lignorum in primis magnam utilitatem ad fodinas redundare docuit. Ideo Serenissimus Xauerius Princeps, Saxoniae quondam Administrator per Rescriptum d. 25. Febr. 1768. sapientissime praecepit:

Wir haben zu mehrerer Erfahrung derer immer rarer werdenden Grubenbölzer und daß darzu kein Holz so in Safer steht, weiter genommen werde, weil solches eher flockt, und von Grubenwettern verdirbt, ferner um den Gruben die Vorteile der Winter-Anfahre sowohl, als bey mehrerer Beförderung auf den Saegemühlen mit Verfeindung der Klüter in Frühjahr, zu einer Zeit, da es an Aufschlag

C 2

m) In Cod. August. P. III. p. 1521.



Schlag wässern wenig feblet, zufließen zu lassen, in Gnaden resolut; daß die vor den Bergbau benötigten Schacht und Grubenbölzer, nicht mehr in Frühling und Sommer, sondern künftig jedesmal in späten Herbst aus denen Waldungen angewiesen, und verabsfolget werden sollen. Begebenen dhabero in Vormundschaft Unseres Herrn Vettern des Churfürsten Liebd. hiermit gnädigst beschlende, ihr wollet euch darnach geborsamst achten, und die Anweisung dieser Bergbölzer auf nur bemelte Zeit veranstalten.

Praeterea per se clarum est, ligna ob partes circa illa metallicas fodinis concessa, oportere eiusmodi esse, quae recentia, solida, haud corrupta, firma sunt, atque, ut metallici loquuntur, quae cuneum non recusant, nec non ea, quae ex lege praescribitur longitudine et robure praestant. Quia vero ligna metallis inferuenda gratis exhibentur, nihil nisi parvula stipes soluitur, scilicet duo dantur grossi Stamm- und Anweissiegeld pro singulis arboribus, quibus insuper etiam saltuariis munusculum, a qualibet fodina pro lubitu destinatum, plerumque additur.

§. 10.

His praemissis de natura et indeole talium partium metallicarum, alteram nunc partem disputatiouis aggredimur et, ut promisso satisfaciamus, lectoribus quaedam de fatis harum partium proponimus. Partes metallicae circa ligna etiam singularia fata, ut rerum omnium vicissitudo est, habuerunt, quae silentio praeterire non sustinemus. Tristes euentus, et mala vniuersae patriae noxia uno eodemque tempore rem metallicam in deteriorem conditionem redegerunt, redditumque copiam diminuerunt. Quo factum est, ut relatione finistra partes circa ligna metallicae ex Rescripto summi Principis d. 30. Decbr. 1698. ad vnum omnes abrogarentur:

Nachdem wir, daß die Holz-Kuxe bisher keinen Nutzen getragen, wahrgenommen, und dhabero die fernere Reichung des Holzes einzuziehen bewogen worden; Als begeben wir, ihr wollet die Abfolgung des Bergholzes abstellen, und biergegen dasselbe, wie es in andern

Berg-

Bergwerken geschiehet, allezeit bezahlen, und gewöhnlich verrechnen lassen.

Attamen bonorum contentio, quae rerum metallicarum emolumentum spectabat, tum praestantiam utilitatemque harum partium quoad principem et quoad ceteros rei metallicae socios demonstrando, tum euentus terris montanis imprimis noxios ostendendo, id effecit, ut clementia Principis excitata antiquum ius et priuilegia restitui iuberet. Res enim ad commissionem singularem mox est delata, per que Rescriptum benignissimum d. 20. Maii 1699 tota res in integrum restituta est: Verba autem Rescripti haec sunt:

Aus was Ursächen Wir veranlasset worden, die denen bauenden Gewerken in M. zeithero gereichten freyen Schacht- und Grubenbölzer einzuziehen, und unterm 30. Decbr. vorigen Jahres, Verordnung ertheilen lassen, solches ist euch unverborgen. Nachdem Wir aber auf des Raths und bauenden Gewerken beschebene Vorstellung und Lamentiren, bewogen worden, eine Commission zu Untersuchung des ganzen Werks, und wie weit solch Schachtbolz dies Orts zu extendiren sey, zu verordnen, bis dabin und in Fassung endlicher Resolution, ihnen die Bedürfniss am Holz, gleich vormals geschehen, reichen zu lassen gemeinet; Als ist biermit unser Begehr, ihr wollet bis auf anderweite Verordnung, die Schacht und Grubenbölzer jedoch auf die bereits vorgeschriftene Maafse und Unterschrift des Zehndners in Obergebürge, fernerweit frey verahfolgen lassen, das soll in der Forst-Rechnung Kraft dieses passiren, und ihr vollbringet hieran die Meynung.

Nihilominus tamen partes metallicae circa ligna alio tempore, anno nempe MDCCXXXI. ob gratuitam lignorum ad metalla requisitorum exhibitionem eo deuenerunt, ut mox interirent. Postulabatur enim, ut omnia ligna fodinis adoptanda supra et sub terra secundum metallicam, ante annum MDCCIV. sanctam Taxam emerentur. Sed etiam hoc tempore libertas rei metallicae una cum aequitate vicit, et per Rescripta d. 31. Mart. 1732. item d. 30. Junii 1734. confessam rem accepit. Sic enim legitur:

=

Alldieweil nach unsfern Ober-Berg-Amts eingesendeten unterhänigsten Bericht, vom Berg-Amt zu M. an Holz zu den alldortigen Bergwerken und Gebäuden, nach beysiegender Specification sub ☶ Eintausend Fünfhundert und fünf und Neunzig Stämme an verschiedenen Orten verlangt worden, und den Anführern nach, unumgänglich nöthig seyn sollen, Wir auch diese Sorten Holz, woferne mit einem weniger nicht auszukommen seyn dürfte, aus Unsfern eigenthümlichen Wäldern und Holzungen, an thunlichen, und der Wildbahn nicht sonderlich schädlichen Orten und zwar die Schacht und Grubenbölzer frey, das Bauboltz aber, nach der Berg Taxe, die vor anno 1704. gewesen, bey den gewöhnlichen Förstereyen verabfolgen lassen wollen; So begehrn Wir guädigst hiermit befehlende, ihr wollet euch darnach geborsamst achten, das Bedürfniß an Holz, obgedachtermassen, nach der bisherigen Observanz, gegen die signirten Specificationes bey den Förstereyen anweisen und verabfolgen lassen, auch iibr, die Beamten, die Hölzer und das Geld gewöhnlicher massen getreulich berechnen.

Sic fundamentum partium metallicarum circa ligna variis quidem temporibus commotum, sed tamen his remediis adhibitis non plane est concussum, sic, ut fodinarum cultores ex veteri paroemia metallica:

*Bergwerck will stets ein Freyes han,
Soll es anders von Statthen gahn.*

ad hoc usque temporis spatiū de tutela summi Principis circa metalla maximopere laudanda laetari ac gloriari possint.

§. II.

Ex hacigitur partium metallicarum circa ligna notionē, a nobis iamiam proposita, prouentus fodinarum seu (*Ueberschuss oder Ueberlauf*), vt Saxonica Ordinatio metallica de anno 1598. et recusa anno 1775. Art. LXV. pag. 35. eos nominat) nemini nisi principi, qui ex saltibus suis ligna fodinis necessaria gratis caedenda praebet, recte attribui possint. Cum vero hi prouentus ratione decumarum principia-

cipalium n) in sumtuum metallicorum refusiones (wiedererstattete Verlag), et fructuum ex fodinis largitiones (Ausbeute), distribuantur; quaeritur num in utroque casu ratione istarum prouentus partium metallicarum locum habeat? Quae quaestio multas magnasque contentiones excitauit. Fuerunt enim, qui affirmarent, liberas partes metallicas, ad quas eae circa ligna pertinent, fructuum tantum largitionem consequi debere, non autem refusionem quandam instar sociorum, qui impensas suas in fodinam factas, vel Recessum sic dictum, demum recuperant, cum tales partes liberae nullas impensas fecissent ideoque nullam, quae iis restituatur, refusionem, postulare possent. His vero, alia quaestione proposita, satisfaciendi periculum faciamus. Nonne etiam princeps pro partibus circa ligna metallicis gratuita fodinis ligna permisit, adeoque easdem, nisi forte maiores impensas fecit? Nec hoc loco obiectionis speciem habere potest, quod dicant, collationem pro partibus circa ligna in materia et mercibus esse factam, quarum largitio sociis loco impensarum in legibus metallicis grauissime prohibita est, et praeprimis secundum Ordinationem Saxoniae metallicam Art. LX. aequem ac Resolutiones metallicas de anno MDCCIX. §. 29. Varie enim huic obiectioni obuiam ire possumus. Primum enim notandum est, his constitutionibus LLatorem solum lucri studium et institoris aut sociorum fraudulentiam inhibere voluisse, deinde singulare inesse beneficium quod conseruationem utilitatemque spectat, huic largitioni lignorum denique, quod non erat negligendum, princepem ceu legislatorem legibus omnino solutum esse l. 31. π. de Leg. quod ne-gabat omnino nullus.

Aequi-

n) Notum enim est, fodinas redditus praebentes (Ausbeutzechen), et quidem ex argento (die Ausbeut-Silber), decimas integras, illas vero, ex quibus tantum collatae pecuniae restituuntur (die Zechen so in Wiedererstattung (des Zabuſverlags stehen) vigesimas, aut semi decimas, vii omnia argenta in numeros euidentia (Lohn-Silber), principi offerre teneri.

Aequitas igitur rem defendit, neque intelligi potest, quare Princeps solum ratione partium metallicarum circa ligna, ea, quae gratuita lignorum metallicorum assignatione in fodinas antea impendit, etiam sensim recuperare non debat, in primis cum praeterea in tali antegressa propensione et subsidio vsuras amittat? His tam grauibus causis rite ponderatis, omne inter refusione sumtuum metallicorum, et fructuum largitionem discrimen ratione partium liberarum plane est sublatum, et in Fribergensi cuniculorum Recessu Dresdae d. 21. Iunii 1684. §. 9. o), clementissime constitutum est:

Die Wiederbezahlung der Receff-Schuld soll jederzeit auf 128. Kuxen eingetheilt, und also die Frey-Kuxen mit bedacht werden.

Fructuum, quos accipit Princeps pro partibus circa ligna metallicis, ratio reddenda est praefecturae Decumarum (Zehenden-Amt) Electorali, cui decumani circa stanna (Zinn-Zehendnere) constituti suas tabulas quoque inferre debent. Qua propter et illorum malorum timor cessat, quae tangit Mandatum d. 14. Decbr. 1620.

§. 12.

Reliquum est, ut paucis attingamus, quomodo malae artes et defraudationes circa ligna fodinarum cum in genero, tum ratione partium metallicarum circa ligna puniri debeant. Tantum abest, ut in id, quod olim pro problemate habebatur, inquiramus, annon ad evitandas defraudationes detectas, ab omnibus omnino fodinis, pretium gratis acceptorum lignorum circa fodinas soluendum sit, quod deinde in fine spatii trimestris restituiri possit? Quale institutum in moderatione portorii (*General-Accise*) circa materias metallicas est introductum: ut potius de poenis criminum huc pertinentium aliquid adiiciantur. Nimia lignorum metallis desti-

a) Vid, Sammlung zur Sächsischen Geschichte in 8vo Chemnitz 1774. B. 8.
p. 325.

destinatōrum decollatio a saltuariis p) facta, nec non ministrorum saltuariorū conuentiones illicitae eum fodinarum operariis agitatae in poenis arbitrariis expositae sunt. Qui ligna libera accipit, eaque sine praeuia assignatione caedenda curat, eius aūfus, sāne vti furtum lignarū poena nimirū quadruplici surati pretio coeretur. Ex Generali d. 16. Iulii 1755 q) von Abstellung der Missbräuche des Holzwesens.

Porro in abusus lignorum pariter ac illicitas defraudationes metallicorum et saltuariorum seruorum decernit Mandatum d. 14. Decbr. 1620. ita: vt grauioribus et atrocioribus poenis adſciantur, quae vel ex summi Principis voluntate, vel ex Consiliariorum a rebus metallicis arbitrio definiendae sunt. Plura lūcentiora Decisa Rescriptum d. 8. April 1767. exhibet, iubens:

Wer Holz und brauchbare Abgänge von der Halde verſchleppt, oder ſouß auf was Art es immer ſeyn wolle, ſich eine dergleichen Partbiereney zu Schulden kommen läſt, gegen dem iſt mit unnachbleibender Cassation zu verfahren.

Caeterum ordinatio metallica Eybenſtocensis de anno MDLVI. §. 32. ad puniendos eos, qui sine assignatione forſtali ligna metallis apta caedunt, corporis et bonorum poenam constituit. Defraudatio denique fructuum largitionis ad principes pertinentium pro partibus circa ligna metallicis, cum rationes ab exactoribus religionis fide obſtrictis confiantur, secundum Constitutionem de Residuis eiusque Mandato d. 17. Decbr. 1767. declaratorio insigniter sine dubio punienda est.

Atque ita qualemcumque de partibus metallicis circa ligna pro angustis huius speciminis terminis delineationem exhibuisse existimo, cuius emendationem felicioribus ingeniis eo lubentius officiose submitto, quo maiori studio melio-

p) Saltuarii in non illis locis ligna fodinis destinata ad viginti et plures vi-
nas decollare ſe poſſe putant.

q) In Codic. Aug. Continuat. P. III. pag. 1525.

meliora in ista iurisprudentiae parte edoceri cupio, in qua eruditorum diligentiae multa adhuc restant, inuestiganda atque explicanda. Ceterum rogo Lectores maxime doctos et huius rei peritos ut, quicquid in hac dissertatione minus recte vel accurate iis dictum videatur, id iuuentutis imbecillitati condonare velint. Maximum enim diligentiae et industriae calcar in posterum addet, si, operam meam Viris doctis non plane displicuisse intellexero!

COROLLARIA.

I.

Quod vulgo de metallorum dominio originario secundum ius Romanum afferitur, pertinuisse ad dominum praedii, non in genere, sed tantum de Italia verum esse arbitror, in reliquis enim prouinciis metalla in dominio ciuitatis fuisse videntur. Quae est quoque coniectura TITII in diss. de iure metallorum Lips. 1695.

II.

Vero simillima est coniectura GER. NOOD TII in Comm. ad Pand. per Lautumias in l. 1. §. vlt. D. de aleator. intelligentis non condemnationem ad metalla vel operas publicas, sed carcerem.

III.

Kuxe sunt partes fodinarum non tantum metallorum effosorum. Quamvis enim in his exercitores ante divisionem quoque habeant partes, has tamen Kuxe dici non puto, sed haec potius appellatio immobile quid notat, conf. Confl. Sax. 25. P. II.

IV.

Mirifice falluntur, qui in iure Prov. Sax. L. 1. Art. 35. thesaurum fisico attribui putant, cum in hoc loco, seu ex connexione patet, potius de metallifodinis sermo sit, conf. Confl. Sax. 53. P. II.

PRAENOBI LISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
VIRO
ERNESTO FRIDERICO GUILIELMO
SIMON
FRIBERGENSI
S. P. D.
P R A E S E S.



Ingenii vires differendo periclitaturus; elegisti haud tristum et vulgatum argumentum, quod que simultam ab utilitate quam suavitate uberrimam ducit commendationem ac TVIS rationibus plane est adaequatum. Ipse, fateor, licet per breuissima temporis interualla, quibus mihi a negotiis academicis vacanti requies oblectationis plena in consuetudine et amicitia carissimorum Fribergensium contigit, primis tan-

tum

QK Fe 1390

OMNIBUS SYNTA OMNIBUS TANT

tum labris metallicae scientiae amoenitatem degustauerim,
coepi eam in summis deliciis habere. Quid mirum igitur
TE, qui in ea regione patriam nactus es, ubi quasi sedes me-
tallorum deprehenditur, argumento ex iure metallico elabo-
rando operam dedisse? Gratulor TIBI ex animo de publico
islo singularis TVAE eruditionis specimine atque, uti ami-
cis meis omnia ex voto euenire cupio, ita et applaudo ex meri-
to TVIS conatibus TIBI que fausta quaevis ex intimo
pectoris affectu appreco. De me vero sic velim existimes, me
eorum omnium, quibus TVA salus augebitur, pro amicitia
erga TE mea participem esse futurum. Vale.

Scripsi Lipsiae d. xxvii. Ian. MDCCLXXXVIII.



X2379921

m.e



V I R O
ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOCTISSIMO DOMINO
DOMINO
IOHANNI CHRISTIANO
SCHMIDIO

SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE
A CONSILIIS COMMISSIONVM METALLICA-
RVM, QVAESTORI PVBLICO REDITVVM EX FO-
DINIS SANGERHVSIAE ET POTTENDORFF, AT-
QVE SVMMO PRAEFECTO MONTIVM IN CIR-
CVLO THVRINGIAE ET ISLEBIAE etc.

PER QVAM SPECTATISSIMO

PATRONO OPTIMO MAXIMO